



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Consilia || Salomonis, || Sive || Collecta Salomonis || Axiomata**

Maxime Necessaria Homini, ut se ipsum sapienter dirigat ; E Gallico In  
Latinum versa, revisa & amplicata per Auctorem, cum Indicibus  
necessariis

**Cureau De Lachambre, Pierre**

**Coloniæ Agrippinæ, 1694**

5 Qui prius respondet quam audiat, stultum se esse demonstrat. Prov. 18.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37935**

integras horas ad loquendum , ibi tali ingenio minus uno momento opus est ad contemplandum omnia verba , quæ pronunciat , & omnia quæ retinet , ad distinguendum illud quod dicere habet , cum illo quod reticere debet.

Uno verbo suprema perfectio hominis , dum conversatur cum sui similibus , consistit in eo , ut ex quolibet verbo appareat , hoc non esse quidem exquisitum nec selectum , esse tamen perfectè examinatum.

### REGULA QUINTA.

*Qui prius respondet quàm audiat , stultum se esse demonstrat. Prov. 18.*

#### PARAPHRASIS.

*Qui respondet antequam audiat , non respondet , quàm ut dicat se esse stultum.*

#### REFLEXIO.

**I**n hoc ordinariè erramus , quod inconsideratè & nimis citò loquamur. Hinc poenam habemus , quod cum pudore debeamus revocare illud , quod malè locuti fuimus ; Et ex nostris peccatis

tis sit illud magis culposum, eritas hunc pudorem & non velle revocare.

Timor ne quis cadat in tale aliquo inconueniens, reddit hominem prudentem in suis discursibus extremè circum spectum, hocque pro regula sumit, nunquam aliquid loqui, nisi sit securus, quod non obligabitur ad retractandum, & revocandum.

### REGULA SEXTA.

*Noli esse citatus in lingua tua, & commissus in operibus tuis. Eccl. 4.*

#### PARAPHRASIS.

*Non sis promptus in verbis, & lentus in actionibus. Loquere discretè & operare animosè. Promitte pauca, & fac multum.*

#### REFLEXIO.

**N**on imiteris majorem hominum partem, qui sunt nimis boni, cum fortassis non sit periculosior malitia quàm hic excessus eorum bonitatis, qui nihil est quod magis decipiat. Promittunt secundum sua desideria, quæ sunt magna, & operantur secundum suum posse, quod est parvum.